

Franckesche Stiftungen zu Halle

Devotae Atqve Salvbres Spiritvalivm Et Coelestivm Sev Aeternorvm Bonorvm Meditationes Privatae; Qvae Complectvntvr I. Momenta Maxime Notabilia, II. ...

[Erscheinungsort nicht ermittelbar], A. MDCCXXI.

VD18 13258648

IV. Solamina Efficacissima.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha53-1-216438](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha53-1-216438)

Pf. CXIX. 63. O cum Christioclis liceat ^{*} si ^{*} degere vitam,
Sir. IX. 23. Inter et ora Deo sanctificata mori!

Pf. XLII. 1. 2. Aeternae cupido vitae ^{*}, Trinune Iehovah ^{*},
Coelorum portas mox aperire velis!

IV. SOLAMINA EFFICACISSIMA.

Gen. I. 27. **M**E Deus, hunc mundum qui condidit, Ipse creavit;
Es. XLI. 10. Nec servare Suum tam graue cessat Opus.

Pf. LIV. 6. En! Deus Ipse mihi clemens ^{*} adsistit ab alto;
En! animam Dominus sustinet Ipse meam.

Act. XVII. 27. Non procul a nobis cunctis ^{*} hic ^{*} atque quibusvis
28. Maximus Ipse Deus, Conditor Orbis, abest.
In quo nunc omnes nos vivimus, atque mouemur
Continuo motu, perpetuoque sumus.

Pf. XXVII. 1. Est Dominus mea Lux ^{*} simul atque Salus mea tota;
Ecquis in orbe mihi nunc metuendus erit?
Estque meae vitae Robur quam forte Iehovah:
Ecquis in orbe mihi nunc pavitandus erit?

1. Io. III. 20. Si cor triste meum me ^{*} damnat et arguit ipsum,
Corde meo longe maior es, Vne Deus!

Ier. III. 12. 13. In Te pergrauiter peccaui ^{*}, Magne Iehovah;
Es. LV. 7. Mi Deus! agnosco crimina quaeque mea.
Ezech. XXXIII. 11. Ergo Benignus eris, non irascēris in aeuum;
Id quod per seruos testificare tuos.

Pf. XXV. 11. Magna quidem mea ^{*} sunt ^{*} eheu! peccata, Iehovah;
Rom. V. 20. Sed Tua maior iis Gratia certa manet.

Es

*Est mihi solamen Tua Gratia, Summe Iehouah;
Quae quoque solamen sit maneatque meum!*

Ps. CIX. 24.
- CXIX. 76.

*Deficiat corpus simul ac mens; attamen usque
Solamen, Deus, es pectoris, et mea Pars.*

Ps. LXXIII.
26.

*In Domino solum toto pergaudeo corde,
Inque Meo mens est laetificata Deo.
Veste salutis enim me clemens induit Ipse;
Iustitiaeque suae vestiit Ipse toga.*

Es. LXI. 10.

*Euohe! non moriar, sed vitam viuere pergam;
Et referam Domini Cunctipotentis opus.
Vt castigârit me castigando Iehouah;
Me tamen haud aitrae tradidit Ipse neci.
Iustitiae portas aperite mibimet, ut intrem,
Et Domino grates pectore gratus agam.*

Ps. CXVIII.
17.
18.
19.

*Sermo fide dignus: Christus denenit in orbem,
Vt peccatores undique saluificet;
Ac horum primum quoque, Paulum, Gratia iuuie
Eius, sic ipso testificante viro.*

1. Tim. I. 15.
16.

*Christus deueniens per aquam simul atque cruorem
Expiat ei mundat nos sine fine sibi.*

1. Io. V. 6.
Tit. II. 14.

*Iusta (fide nitens) Passi meditatio Iesu
Angores hominum lenit, eosque fugat.*

Matth. XXVI.
XXVII. Marc.
XIV. XV.

- Luc. XXII. XXIII. Io. XVIII. XIX. 1. Tim. II. 6.

*Surrexit Iesus; cur? ut quoque surgere possint
Laeti, qui viuunt et moriuntur Ei.*

Matth.
XXV. III.

- Marc. XVI. Luc. XXIV. Io. XX, XXI. 1. Cor. XV. tot.

Gen. XV. 1. Ne timeas, Abram; ^{* * *} Clypeus tuus Ipse Iehouah
NB. Solamen Atque simul Merces est bene Magna tua.
cuius fidei (seu fidem Abramiticam habenti) competens.

Pf. LXIX. 34. Egenos Dominus clemens exaudit in alto,
^{* * *} Et victos nunquam despicit Ipse suos.

1. Sam. II. 6. Mortificare potest et viuificare Iehouah;
^{* * *} Quin et ad infernos deiicit et retrahit.

Iob. XXX. 26. Dulcia discipiunt animae, ^{* * *} quas Numen acerbis
Pf. CXIX. 71. Opplet, iisque bonis semper et vtilibus.
טוב לי נז ^{i. e.}

Tob. III. 22, 23. Die Seelen wünschen oft nur süßen Freuden-Wein,
Theol. Ref. Gott aber schenkt für sie nur Gall und Essig ein;
Anon. lib. de Das thut der Grosse Gott gar oft bey vielen Frommen,
fidel. an. conu. Und läßt es ihnen auch zu ihrem Heil bekommen,
cum Deo myst. ^{Edn. D. Lang. cum praef. ed. pag. 55.}

Pf. CXVIII. 6. Est mundi Dominus mecum; ^{* * *} nihil ergo timebo;
Ebr. XIII. 6. Quid mihi sub coelis vllus homo faciet?

1. Cor. II. 2. Nil præter Iesum Christum noui ^{* * *} Crucifixum,
Iob. I. 4. Qui Lux est, immo Vita Salusque mea.
Phil. I. 26. Est et quoque die mecum Crucifixus Iesus,
Act. IV. 12. Qui vere mea Lux, Vita, Salusque manet.
Matth. XXVIII. 20. 1. Io. V. 12. Es. XLIX. 6. Act. XIII. 47.

istid. Nil me nosse puto, nisi Te, ^{* * *} Crucifixe Redemptor,
1. Cor. II. 2. Iesu Christe, mei pectoris vna quies.

1. Io. I. 7. Iesu Christe, Tuus ^{* * *} profusus Sanguis in aeuum
Funditus extinxit crimina quaeque mea.

2. Cor. V. 18, 19. Postquam cum Patre me per Te, ^{* * *} Suauissime Iesu,
Col. I. 20. Conciliauisti, sum Patris atque Tuus.

Cum